

III. Et profecto opera, quam in
excolendo fermone collocamus, eo
lætiores habebit progressiones,
quo feueriores nos in mentis emen-
datione exhibebimus. Sicut enim
dux pessimus copiis, quibus præest,
plus damni, quam salutis adferet;
& nauta sufficienti nauigandi desti-
tutus scientia æquo sese animo
aliosque committet periculo, quod
prouida cura adhibita euitare po-
tuisset: sic animus non recte adfe-
ctus a vitiorumque labe purgatus
summo in salutis discrimine erit, si
profanorum scriptorum lectioni in-
hæret, ex iisque eloquentiæ indo-
lem sine vlllo iudicio virtutumque
studio haurire cupit. barbarie enim
morum atque impietate magis
magisque commaculabitur, oracu-
la sanctiora turpiter contemnet, ne-
que ad veram dicendi prudentiam,
quæ bonos oratores maxime com-
mendat, perueniet; regnante vero
ma.